Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ecclesiastes.

249

uerē labore meo. Cumq; me conuer
sum ad nichilū opa que fecerāt ma
nus meę. & ad labores meos frustra
fudasse animū. Video hominē qui nouit sa
pientiā & doctrinā & solertiā. Qui ope
ritur in alienis laboribus quasi in hereditate
sua. Et hoc quoq; uanitas & magna apud
homines infirmitas. Quid enim habebit
amplius homo de omni labore suo & afflictione
animi sui qua sub sole cruciatus est. Cuncti dies
eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Nec
per noctem mente requiescit. Et hoc nonne
uanitas est. Nonne melius est comedere & bibere
& ostendere animę suę bona de labo

ribus suis. Et hoc de manu dei est. Quis
ita comedet & delitijs affluet ut ego.
Homini bono in conspectu suo dedit de
sapientiam & scientiam & lętitiam. Peccato
autem dedit afflictionem et curam
superfluam ut addat & congreget & tradat
ei qui placuit deo. Et hoc uanitas
& cassa sollicitudo mentis. III.

Omnia tempus habent & suis spa
tijs transeunt uniuersa sub
sole. Tempus nascendi & tem
pus moriendi. tempus plantandi
& tempus euellendi quę plantata sunt.
Tempus occidendi & tempus sanandi.
tempus destruendi & tempus ędificandi.
tempus flendi & tempus ridendi. tempus plan
gendi & tempus saltandi. tempus spargē
di lapides & tempus colligendi. tempus
amplexandi & tempus longe fieri ab amplexi
bus. tempus acquirendi & tempus perdendi.
tempus custodiendi & tempus abiciendi. tempus
scindendi & tempus suendi. tempus tacendi
& tempus loquendi. tempus dilectionis & tempus
odij. tempus belli & tempus pacis. Quid abun
dat homini de labore suo. Vidi afflic
tionem quam dedit deus filijs homi
num ut distendantur in ea. cuncta
fecit deus bona in tempore suo & mundū
tradidit disputationi eorum. ut non in
ueniat homo opus quod operatus est de
principio usque ad finem. Et cognoui
quod non esset melius nisi lętari & facere bo
num in uita sua. Omnis enim homo qui
comedit & bibit & uidet bonum de la
bore suo. hoc donum dei est. Didici
quod omnia opera quę fecit deus perse
uerant in sempiternum. non possumus eis
quicquam addere nec auferre. sicut fecit deus
ut timeatur. Quę fuit ipsum prin
cipium. eadem et futura sunt quę iam fuerunt. & deus
instaurat quod abiit. Vidi sub sole in lo
co iudicij impietatem. & in loco iusti
tiæ iniquitatem. & dixi in corde meo.
Justum & impium iudicabit deus. et
tempus omni rei tunc erit. Dixi in corde